



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 64. Jubilæ inchoatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. LXIV.

Secul. XVI.
A.C. 1525.

Jubilæi inchoatio.

Ad finem hujus anni die vigesima tertia *Bull. antiq.*
Decembris Clemens Pontifex edita *edit. tom. I.*
Bulla inchoationem Jubilæi in vigiliam *Clem. VII.*
Nativitatis Domini die sequenti futuram *Conf. 9. &*
promulgavit, simulque plenissimam pœ- *10.*
narum condonationem indulxit omnibus, *Raynald. an.*
qui de more Basilicas sanctorum Apo- *1525 n. 1.*
stolorum Petri & Pauli, S. Joannis La- *Spond. hoc*
teranensis, & S. Mariæ Majoris visita- *ann. 1524.*
rent. Aperuit autem ipse met pro con-
suetudine in primis ejusdem festi vespe-
ris ritu solemnii *Portam*, quam vocant
sandam, misitque Cardinales quosdam
ad alias Ecclesias, ut in earum singulis
idipsum præstarent. Minor erat hoc an-
no Romam peregrinantium concursus;
plurimos enim absterrebant bella, qui-
bus Italia foede vastabatur, insuper eti-
am hujus Indulgentiæ existimatio ni-
mia frequentia vilescere cæperat.

§. LXV.

Completa Erasmi Paraphrasis in no-
vum Testamentum.

Eodem hoc anno Erasmus Paraphra-
ses suas in novum Testamentum com-
plevit. Is cum primam operi manum
Li 2 admo-